



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Pomposi, Magnifici.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

peccatis suis præstandam, sed purè ex avaritia  
reditibus suis non utitur, & alieni postmodum  
comedunt labores ejus. Quòd si jam aliis ex  
tuis bonis benefacis, vide ne iterum avarus sis.  
Nam teste Ambrosio l. 7. c. 14. Lucæ. *Hospita-*  
*lem esse remaneraturis affectus avaritie est.* Hinc  
in manus pauperum optimè deponuntur the-  
sauri pro vita altera, & si aliis benefacis sine in-  
nominato contractu: do ut des.

*Pomposi, Magnifici.*

*V*elut somnium surgentium Domine, imagi-  
nem ipsorum ad nihilum rediges. Ps. 72. Pe-  
riit memoria ipsorum cum sonitu [ dum tempore  
pomposæ sepulturæ pulsantur campanæ orgâna  
& tympana ] tanquam fœnum velociter aresent,  
Et quemadmodum olera herbarum citò decident.  
Ps. 36. Vidi impium superexaltatum Et elevatum  
sicut cedros Libani, transivi, Et ecce non erat, que-  
sivicium, Et non est inventus locus ejus. Ps. 36. In  
labore hominum non sunt, Et cum hominibus non  
flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, operti sunt  
iniquitate Et impietate sua. Ps. 72. Nullum cer-  
tius reprobationis signum, quam si abundantes  
in hoc sæculo etiam felices ob opera quædam  
moralia bona in hac vita à Deo præminentur, nul-  
lisque premantur adversis, quæ rebelles eorum  
voluntates ad Deum compellerent. Hinc benè  
S. Bern. absit à me talis misericordia, hic ure,  
hic seca, modò in æternum parcas. *Hec mihi*  
*fit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec*

130 Pars secunda de elevatione  
contradicam sermonibus Sancti. Job. 6. Dilata-  
vit infernus animam suam, & descendit fortis,  
& sublimes gloriose ad eum. Is. 5.

Superbi.

**S**i quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit,  
Ipse se seducit. Gal. 6. Initium superbiae hu-  
minis apostatare a Deo, quoniam ab ipso, qui for-  
cit illum, recessit cor ejus. Eccl. 10. Superbo  
oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam. Ps.  
100. Oculos superborum humiliabis. Ps. 17. Me-  
lius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia  
cum superbis. Prov. 16. Deus superbis resistit,  
humilibus autem dat gratiam. Jac. 14.

Fures.

**F**ur erat & loculos habens. Joan. 12. Dies  
Domini sicut fur in nocte ita veniet, cum enim  
dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis su-  
perveniet interitus. 1. Thess. 5. Tam in particu-  
lari quam universalis judicio, & licet incerta sit  
hora mortis, plerumque tamen tam boni quam  
mali illa horâ moriuntur, qua neandum mortem  
tam vicinam esse putabant. Nolite detrahere al-  
terutrum. Jac. 7. Furtum famæ periculosis  
furto bonorum. Potes & teneris sœpè abla-  
tam restituere famam, & non facis præmetu  
confusionis. Non dimititur autem peccatum,  
nisi restituatur ablatum.

Latronu